

pollicetur dicens et ego diligam eum. et ostendam meipm illi. quapropter filius hominis iudicaturus est nec tñ humana ex potestate. sed ex ea qua filius dei est. Et rursus filius dei iudicaturus est. nec tamē in ea forma apparens. in qua deus est equalis patri. sed in ea qua filius hominis est. Itaq; utrūq; dici potest. et filius hominis iudicabit et nō filius hominis iudicabit. Quia filius hominis iudicabit. ut verum sit qd ait. cum venerit filius hominis tunc congregabunt ante eum omnes. Et nō filius hominis iudicabit. ut verū sit qd ait. ego nō iudicabo. Et ego nō quero gloriā meā. est qui querat et iudicet. Nam scdm id qd in iudicio non forma dei. sed forma filij hominis apparebit. nec ipse pater iudicabit. Secundū hoc em̄ dictū est. pater nō iudicat quēquā. sed omne iudiciū dedit filio. Qd utrum ex illa locutione dictū sit. quā supra commemoravim⁹. ubi ait. sic dedit filio habere vitam in semetipō. ut significaret qz sic genuit filium. an ex illa de qua loquitur apostol⁹ dicens. ppter qd eum suscitavit et donavit ei nomē qd ē sup omne nomē. hoc em̄ de filio hominis dictum est scdm quē dei filius exiit⁹ est a mortuis. Ille quippe in forma dei equalis ē patri. ex qua se exinavit formam servi accipiens in ipa forma servi. et agit et patitur. et accipit que consequenter dedit apostolus. humiliavit se factus obediens vsq; ad mortem. mortē autē crucis. ppter qd eū exaltavit et donavit ei nomen qd est super omne nomen ut in nomine ihū omne genu flectat celi et terrarū et infernarū. et omnis lingua confiteatur. qz dñs ihūs xp̄us in gloria est dei patris. verum ergo scdm illam. an scdm istam locutionē dictū sit omne iudiciū dedit filio satis hinc apparet. qz si scdm illud diceret scdm qd dictum est. dedit filio habere vitam in semetipō. nō vūq; diceretur. pater nō iudicat quēquam. Scdm hoc autē qz equalis pater genuit filiū. iudicat cum illo

Secundum hoc ergo dictum est qz in iudicio non in forma dei. sed forma filij hominis apparebit. Non qz iudicabit qui dedit omne iudiciū filio. cum de illo dicat. filius est qui querat et iudicet. sed ita est dictum. pater nō iudicat quēquā sed omne iudiciū dedit filio. ac si diceretur. Patrem nemo vidit in iudicio vivorum et mortuorum. sed omnes filiū. qz filius hominis ut possit et ab impijs videri cū et illi videbunt in quem pupugerūt. Qd ut comiceret potu⁹ qz apte demonstrare videamur. proferem⁹ eiusdē dñi certam manifestamq; sententiam qua ostendamus ipsam fuisse cām ut diceret pater nō iudicat quēquā. s; omne iudiciū dedit filio. qz iudex forma filij hominis apparebit que forma nō est patris s; filij. Nec ea filij in qua equalis est patri. sed in qua minor est patre. ut sit in iudicio cōspicius et bonis et malis. Paulopost em̄ dicit. amē dico vobis. qz qui verbū meū audit et credit ei qui misit me. habet vitam eternā. et in iudiciū nō veniet. sed transit a morte in vitam. hec vita eterna ē illa visio que nō ptinet ad malos. Deinde sequitur. Amen amen dico vobis. qz veniet hora et nunc est. cum mortui audient voces filij dei. et qui audiverint vivent. Et hoc p̄rium est pioꝝ. qui sic audiūt de incarnatione eius. ut credant qz filius dei est. id est sic eū ppter se factum. accipiunt minozē patre in forma servi. ut credant. qz equalis est patri in forma dei. Et ideo sequitur. et hoc ipm cōmendans dicit. Sicut pater habet vitam in semetipō. ita dedit et filio vitam habere in semetipō. Deinde venit ad visionē sue claritatis in qua venterus est ad iudiciū. que visio cōmunis erit et impijs et iustis. Sequitur em̄ et dicit. Et potestātē dedit ei et iudiciū facere. qm̄ filius hominis est. Puto nichil esse manifestius. Nam qz filius dei ē equalis patri. non accepit hanc potestātē iudicij faciendi. sed habet illā cum patre in occulto. Accepit autē illam. ut boni